

nonaginta: <ex eo rivus est> subter<raneus pas>suum undecim milium centum triginta, supra terram substructio et arcuatura proximum portam Capenam passuum sexaginta. iungitur ei ad S<p>em veterem in confinio hortorum Torquatianorum et norum † ramum 5 Augustae ab A<ugusto> in supplementum eius additum † toco nomen denti Gemellorum. hic via Praenestina ad miliarium sextum deverticulo sinistro<sus> passuum nongentorum octoginta proxime viam Collatiam accipit fontem. cuius ductus usque ad Gemellos efficit 10 rivo subterraneo passuum sex milia trecentos octoginta. incipit distribui <Appia> imo Publicii clivo ad portam Trigeminam, qui locus Salinae adpellantur.

6 Post annos quadraginta quam Appia perducta est, anno ab urbe condita quadringentesimo octogesimo uno 15 M. Curius Dentatus, qui censuram cum Lucio Papirio Cursore gessit, <Anion>is qui nunc vetus dicitur aqua<m> perducendam in urbe<m> ex manubiis de Pyrro captis locavit, Spurio Carvilio Lucio Papirio consulibus iterum. post biennium deinde actum est in senatu de consum- 20 mando eius aquae opere † irefent nocumi praetor. tum ex <sena>tus <cons>ulto duumviri <a>quae perducendae <cre>ati sunt Curi<us, qui eam> locaverat <et> Fulvius Flaccus. Curius intra quintum diem quam erat duumvirum creatus decessit; gloria perductae pertinuit 25 ad Fulvium. concipitur Anio vetus supra Tibur vicesimo

1 ex eo rivus est supterraneus passuum *suppl. Buech* supsuū (*sine lac.*) C 2 milia C 4 sexaginta. (5 *litt. spat.*) iungiŕ C ads(2 *litt. spat.*)em C (*em. Pol*) 5 <Epaphroditia>norum *Lanc p. 249* 6 aba (3 *litt. spat.*) ī *suppl. C* (ab Augusto *Pol* ab Agrippa *Schul*) additū (3 *litt. spat.*) toco nom̄ (4 *litt. spat.*) denti C 8 sinistro C 12 Appia *suppl. Pol*] 2 *litt. spat. in C* clivo *Pol* ciluo C 16 M. C 17 <Anion>is] anion *add. post. man.* aqua C 18 urbe C 20 c̄sumando C 21 ope irefent (3 *litt. spat.*) nocumi (3 *litt. spat.*) p̄tortū ex (2 *litt. spat.*) tus (3 *litt. spat.*) ulto | duumviri. q̄ pduc̄deati sunt ouri. (2 *litt. spat.*) locaūat fuluius C (opere referente ?? praetore. tum *prop. Buech; cetera em. Pol*) 25 p̄timuit C